et ut vere heretici symoniaci et neophiti a nostro[p] sunt fidelium consortio et ecclesię[p] separati, quis non videat, quam[q] huiusmodi sacerdotum vel[r] clericorum missę et orationes *Deum*[11] *ad iracundiam* super populum *provocent,* quem *placari* talibus credebamus? Scriptum est enim: *Omne*[12] *quod non est ex fide, peccatum est.* Et item: *Veri*[13] *sacrificii locus extra catholicam ecclesiam non est.* Unde et dicitur: *Hereticum*[14] *hominem post* primam *et secundam* | fol. 74v correptionem devita. Quando[s] ergo tales episcopos vel [t] abbates vel[u] clericos et[v] reliquos[v] devitamus, si eorum missa[w] audimus, cum quibus si vel[x] oramus excommunicationem subimus? Quos quidem sacerdotes esse saltim credere omnino errare est, cum Petrus Symoni dicat: *Pecunia*[15] *tua tecum sit in perditione*[y], quia *donum*[z] *Dei existimasti*[z] *pecuniis possidere*[a]. Ubi cum ‚existimasti' dicitur, patet[b], non pro eo quod fecerit sed quia[c] facere se posse crediderit, condempnatur[d], cum tamen minus sit existimare quam credere. Cum itaque hereticum[e16] qualemcumque esse sit certa et indubitata dampnatio[f], pene[g] orbe pepulisse[h] symoniaca et neophitorum heresis quę, ut beatus Gregorius[17] dicit, *ante omnes* in sancta ecclesia diabolica fraude *subrepserit,* quasi primam[i] et maximam[i] ecclesię castitatem fęda nimium pollutione contaminet? Igitur in Deum[j] et propter Deum vestram excellentiam

p-p) numero sunt fidelium ecclesiae *Th.* q) quod *Th.* r) aut *Th.* s) Quomodo *Th.* t) *Fehlt Th.* u) reliquos *folgt Th.* v-v) *Fehlt Th.* w) missas *Th.* x) simul *folgt Th.* y) perditionem *Th.* z-z) existimasti donum Dei *Th.* a) possideri *Th.* b) quia *folgt Th.* c) quod *Th.* d) condemnetur *Th.* e) hereticorum *Th.* f) quid valet Arrianos, Sabellianos, Photinianos impurosque Manicheos *folgt Th.* g) toto *Th.* h) si *folgt Th.* i-i) prima et maxima *Th.* j) Deo *Th.*

11) Vgl. 2. Paral. 28, 23–25.

12) Rom. 14, 23.

13) Prosper von Aquitanien, Liber sententiarum c. 15, hg. von M. Gastaldo, CC 68 A (1972) S. 260, 5 f.

14) Tit. 3, 10.

15) Act. 8, 20.

16) Ende der Hs. M_2, in der die letzten Blätter fehlen.

17) Vgl. Gregor I. Reg. IX 218 (JE 1747), MGH Epp. 2, S. 206, 28 f.: *Et cum liqueat hanc heresem ante omnes radice pestifera subrepsisse atque in ipsa sua origine apostolica esse detestatione damnatam, ...*